

Ludov. Einleith zum B. Proceß cap. 2. §. 9. De cætero
figilli appositio licet non obstat, moribus tamen non est usi-
tata, nec requiritur de necessitate, *text. in l. 34. §. 1. ff. de pig-
nor. & hypothec.* (o) Denique à tergo inscribitur nomen
ejus ad quem diriguntur litteræ, & locus solutionis designa-
tur, ut constet, quò mitti debeant, & ne fraudulenter
possint immutari. Raph. de Turr. *Disp. 2. q. 2. n. 6.* ex stylo
tamen moderno infra seriem litterarum.

DISSERTATIO IX.

De transmissione litteræ cambialis.

CONFECTA littera cambialis pro ulteriori complemento §. 1.
transmittitur in continenti, id est, tempore congruo
ad locum solutionis, Braunschweiger B. D. a. II. Leipzig.
B. D. art. 28. in terminis: Wechselbrieff so nur einfach
oder sola aufgestellt / sollen ohne Verzug an gehörigen
Orth abgesendet werden / wan aber prima und secunda
entweder auff gewisse Zeith nach sieht / oder auch wohl
a vista aufgestellt / so soll gleichfals prima mit der erster
Post also forth an den Orth / dahin er gezogen / oder be-
zahlt werden muß / gesendet werden ; alioquin si in eo
negligens fuerit, tenetur de damno secuto & casu fortuito,
sic ut contra trassantem non habeat regressum, Dupuy cap.
6. à n. 6. usque 20. Braunschweig. B. D. dict. art. II.

Quoniam verò remittenti liberum est, an pecuniam sibi §. 2.
vi cambii solvendam ipsemet levare, quo casu tres tantum,
an verò jus suum alteri, qui ejus nomine exigat, cedere
velit, & quatuor interveniunt personæ. Remittens

scilicet qui in loco contractus dat ad cambium, ut in loco solutionis vicissim recipiat, à quo pecunia alio in loco solvenda, vocatur remissa. Trassans, qui in loco contractus accipit ad cambium, ut vicissim alibi det & solvat, respectu cujus eadem pecunia solvenda tratta sive tracta appellatur. Præsentans, cui dirigitur remissa, ut in loco solutionis illam exigat ac cum in finem transmissum cambium præsentet. Et acceptans, cui dirigitur tratta & in litteris injungitur mandatum de solvenda summa inibi contenta. Hinc mox exurgit

§. 3. Quæstio, an cessio juris ex cambio quæsitæ (indossatio dici solita, quòd ab altera parte sive in dorso litteræ scribatur) legitimè fiat, si verba *Ordre* oder *Commiss* in litteris non legantur? Et præplacet sententia negativa, quam amplecti videtur J. PH. *im Wechsel Styl* tot *Amsterdam* cap. 9. art. 1. quod multum intersit debitoris, ne indossatio in casu posito permittatur, vide *Leipzig. W. D. art. 30.*

§. 4. Altera è contrario posset in præsentæ quæstio moveri: an scilicet tertius præsentans cambium in se non indossatum possit exigere solutionem? Et R. quòd quidem cambium ad acceptionem præsentare, & si illa recularetur, super denegata acceptione protestari, aut solutionem urgere non possit, nisi tempore solutionis ad cambium debitè se legitimaverit tenore litterarum vel mediante indossatione vel alia via judicis aut extrajudicialis cessionis aut productionis litterarum negotiationis, *Leipzig. W. D. art. 11. vers. Nachdem.* *Alte Breslaw. W. D. art. 3.* *Man ein Wechselbrieffe ohne indossament oder erlangte cession präsentirt wird?* soll er zwarn

zwar billig acceptirt werden / dahe aber bey der Versall-
zeit und Forderung der Bezahlung dieser acceptirte Wech-
selbrieff oder darauff gefolgte andere annoch unindossirt
verblieben / so ist der acceptant nicht ehender als biß zu
dessen Erfolg oder anderer gnugsamer legitimatio die Be-
zahlung zu leisten schuldig. Dupuy cap. 13. n. 2. § 3. Quod
si in legitimatione tempore solutionis defecerit, nummi effluxis
diebus discretionis deponuntur, vel etiam erga præstitam
sufficientem cautionem extraduntur, Alte Breslawische
W. D. art. cit. Leipzig. W. D. d. a. II. Hamburg. W.
D. art. 41. Braunschweig. W. D. art. 43. & reliquæ om-
nes fere Ordinationes cambiales.

Tertia ex præcedentibus resultans quæstio est: quid sta- §. 5.
tuendum, si in cambio simpliciter diceretur; Zahlet ahn
Ordre Sempronii? R. hoc casu non esse liberum Sempro-
nio, an ipse velit solutionem exigere, sed absolutè teneri in-
dossare, Ludov. Einleith zum W. P. cap. 4. §. 22.

Indossatio fit vel in bianco, quando scilicet indossans solum §. 6.
nomen scribit in dorso litteræ supra relinquendo spatium dua-
rum vel trium linearum, quo integrum indossamentum poni
possit; hic modus indossandi pluribus in locis prohibitus est
propter fraudes, quæ committi facilè possent, si cambium
amitteretur, aut in alienas manus deveniret, Leipzig. W. D.
art. II. Braunschweig. W. D. art. 43. Märckisch. W. D.
art. 30. Preussische W. D. art. 25. Danzig. W. D. art.
25. aliis in locis, prout & hic Colonia toleratur, & fieri con-
suevit, si ignoretur nomen ejus in quem ordo dirigendus,
sæpe tamen emens cambium, vel ejus factor petit indossa-

mentum in bianco ut sub nomine indossantis vel clementis, sive sub indossatione qualis est de presenti, possit ulterius vendere, idque ad istum finem, ne periculum solutionis in se recipere cogatur, casu quo litteræ non honorarentur solutione, si solvantur, ad petitionem acceptantis indossamentum compleri vel de novo litteræ indossari debent, ut consulatur solventi & hic probare possit, cui solverit, cum indossans ipse pecuniam non receperit.

§. 7. Indossatio hæc aliquando solam dat indossato procuram, vi cuius pecuniam quidem exigere, nullatenus verò trattam in suos usus convertere, multo minus ulterius indossare potest, quod electa sit personæ industria; propterea providus mercator factori transmittens cambium, non ponit indossamentum *ahn ordre*, J. P. H. in *Wissel Styl tot Amsterdam* cap. 9. art. 2. sed simpliciter E. G. in hac formula: *für mich ahn Titium* ist mir gute Zahlung. Hoc mandatum quando possit revocari, vid. *Hamburg. W. D. art. 35.* Heidig cap. 14. vers. *Es mag auch* p. m. 126. Nonnunquam importat plenam cessionem juris in indossatum, eumque proprietarium seu procuratorem in rem suam constituit, quod colligitur, si indossans fateatur se recepisse valutam, E. G. *für mich ahn Salustium*, *valuta von demselben bin vergnügt.*

§. 8. Quando indossamentum simul ponitur *ahn ordre*, sicut remittens, sic quoque indossatus (si valuta pro indossamento dederit) jus suum in alium rectè transfert, ut sæpius contingat, plures indossationes successivè fieri in eodem cambio, qui concursus plurium vocatur *Ein Gyro* sive cambium gyratum, quod Bolzani simpliciter prohibitum, *Bozen. W. D.*
und

und andere *Marcks Privilegia art. 8.* in reliquis omnibus Germaniæ emporiis acceptatur, *Statt Murrenberg in zweyen Puncten veränderte W. D. verb. Gerner /* & ultimo indossatus præsentat, formulas hujusmodi Gyri vid. apud Ludov. Einleith. zum *W. P. cap. 4. §. 24.*

Si plures super eadem summa extraditæ fuerint litteræ cambiales, non est necesse omnes & singulas, sed sufficit unam indossare, quia tamen prima sæpius absque indossamento mittitur ad locum solutionis ut præsentetur & acceptetur, secunda vel tertia interim per varia loca gyret. Quæritur. Si prima fuerit acceptata, sed tempore solutionis non sit ad manus, an acceptans teneatur solvere secundam? R. erga præstitam sufficientem cautionem, sic tamen, ut in indossamento exprimatur, ubi prima reperiatur. E. G. *Prima ist in Handen oder ligt acceptirt bey Herren Thoma in Grancsfurth.* Lud. Einleith. zum *W. P. cap. 4. §. 29.*

DISSERTATIO X.

De Præsentatione litteræ cambialis.

Quemadmodum remittens incontinenti transmittere, sic quoque præsentans, qualiscunque sit & qualitercunque remissa ad eum spectet sive ratione curæ tantum, sive ratione proprietatis, tenetur præsentare infra tempus congruum, ad cujus determinationem publicâ quidem ordinatione opus esset, interim inejus defectu hæc erit in arbitrio Judicis, Dupuy *cap. 6. n. 18.* putans ex æquitate sustineri posse quod si litteræ fuerint datæ itineranti, duplicentur dies itineris, si in commerciis mercatorum duplicentur postæ ordinariæ. Cæ-